



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Insomniae, siue Noctes
Ivniae Entheae**

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1436

LXXIIII. Ad VValtherum Drechselium Iurisc. & Cancell. Palat.

urn:nbn:de:bvb:12-bsb00027821-6

IN S O M N I A.

Sorte sua melius contentum viuere: numen
Quam violare Dei.

Qui violat numen, faciens conuictia cœlo:

Immemor ille sui,

In se blaterat miser: et sibi vim parat ipse,
Cui sua fors odio est.

LXXII.

Ad Martinum Hertelium

Secr. Niss.

Quæ melior, Martine, rogas, sit victimæ? dicam:
Mens pacata Deo, victimæ sola placet.

LXXIII.

Ad Ioan. Reymannum IC.

Cancell. Vratislau.

Corde Deum placas, si vis placare, fidelis:

Namque male placat copia stulta Deum.

Quid dabis huic, qui non eget, et qui sponte dat
(omne?)

Quod das, et quod habes, hoc dedit ante Deus.

Idem cor quoque dat purum: si reddis eidem

Purum cor: placet hæc victimæ sacra Deo:

LXXIII.

Ad VValtherum Drechse-

lium Iuris, & Cancell. Palat.

C

Summum

N. REVSNERI

*Summum nec metuas diem, nec optes:
Qui dixit, benè dixit an Poëta?
Quum mortem leue semper imminentem
Sit contemnere, cogitare durum.
Sit durum licet hoc: pium ac decorum est
Omni tempore cogitare mortem.
Nam mortis meditatio frequens, est
Summa, & maxima disciplina vitæ:
Et puppis sapientiæ, atque prora
Vna. qui meditatur hanc subinde:
Summum nec metuit diem, nec optat.*

LXXV.

Ad Vitum VViggium Iu-
reconsultum.

*Quis scit? vita sit, an mors? an mors, vita sit?
VITE placet? verum sic canit Euripida.
Hic via, & hospitium est: illuc est patria leta:
O quantum scire est vivere, scire mori.*

LXXVI.

Ad Georgium Sebastianum
Stibarum à Putenheim EQ. Fr.

*Siren blanda libido: libido sed esca malorum:
Et sanctos vincit dira libido viros.
Ipse sibi mater, sit item sibi quisque nouerca:
Illecebris vitij ne capiatur homo.*

Miscell.